



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio quarta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

etiam oleum significare arbi-
troz propheta inquit. **U**xit
te deus de^o tuus oleo leticie.
Qui autem propterea non gau-
det quia deo intrinsecus pla-
cet non habet oleum secum.
Tu autem. Lectio quarta.
Prudentes autem acceperunt
oleum in vasis suis cum lam-
padibus id est leticiaz bono-
rum operum in corde atqz co-
scientia posuerunt. Sicut apo-
stolus monet. Probet se inquit
homo. et tunc in semetipso glo-
riam habebit et non in altero.
Tardante autem sponso dor-
mierunt omnes: quia ex utroqz
genere continentium hominum
sive eorum qui coram deo ex-
ultant sive eorum qui in lau-
dibus hominum acquiescunt
moriuntur hoc intervallo te-
poris donec sub adventu do-
mini fiat resurrectio mortuo-
rum. Tu autem Lectio quinta.
Media autem nocte id est nul-
lo sciente aut sperante. Quip-
pe cum ipse dominus dicat:
De die autem illa et hora ne-
mo scit: et apostolus dicat. Di-
es domini tanquam fur in nocte
itaveniet ex quo significat peni-
tus latere cum venerit. Cla-
mor factus est: ecce sponsus ve-
nit surgite obviam ei. In ictu
oculi in novissima tuba om-
nes resurgemus Tu autem do.
Argo surrexerunt Lectio. vi.

omnes virgines ille et aptave-
runt lampades suas id est tra-
tiones reddendas operum suo-
rum. **S**oportet nos exhiberi
ante tribunal christi ut illic re-
cipiat unusquisqz quod gessit
in corpore sive bonum sive ma-
lum. **E**t dixerunt stulte ad sa-
pientes: **D**ate nobis de oleo
vestro quia lampades nostre
extinguuntur. **Q**uorum enim
facta aliena laude fulciuntur
eadem subtracta deficiunt et
et de consuetudine id semper
inquit unde animus gaude-
re solet. **I**taqz hominum qui
corda vident testimonium vo-
lunt habere apud deum qui cor-
dis inspector est **Tu autem do.**
In illo **Scdm mathei.**
Tempore **D**ixit iesus de
discipulis suis parabolam hac.
Simile est regnum celorum the-
sauro abscondito in agro. **E**t
reliqua. **Omelia be. gregozij.**
Inventus thesaurus abscondi-
ditur ut servetur quia studium
celestis desiderij a malignis
spiritibus custodire non suffi-
cit qui hoc ab humanis lau-
dibus non abscondit. **I**n pre-
senti etenim vita quasi in via su-
mus qua ad patriam pergimus.
Maligni autem spiritus iter no-
strum quasi quidam latronum
culi obsident. **D**epredari ergo
desiderant qui thesaurum
publice portant in via. **T**he-